

tamen pari gloria imperium tractavit suc-
cessor ejus Tiberius vel joco militari notatus,
& Caldius Biberius Mero, cum nomen esset
Claudius Tiberius Nero nuncupatus. Super-
vacaneum fuerit, reliquorum Imperato-
rum Romanorum recensere nomina, cum
Romanum Imperium ad illud culmen nun-
quam iterum pervenerit, ad quod ab Octa-
viano Augusto fuerat elatum. Constanti-
nus M. qui primus domicilium & sedem
imperii Byzantium transtulit, Sacris Chri-
stianorum receptis & in libertatem vindica-
tis, immortalem imperio suo conciliavit
gloriam. Majorem profecto Cyro & Ale-
xandro Constantinum M. celebritatem es-
se nactum & adeptum, censet Eusebius pro-
pterea, quod ad ultimos usque continentis
terminos, ad extremos Indos, & circumja-
centes populos fama rerum gestarum ejus
disseminata fuerit, quod a Regulis, Præfe-
ctis, Satrapis, Legationes Illustriores, cum
splendidissimis muneribus undique ad eum
missæ, statuæque ipsi positæ fuerint in eo-
rum

C

rum